UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 vtrum synesis sit specialis virtus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

¶Super Quæſtionis quinquageſimeprimæ articulum ſecundum.

IN art. 2. eiuſdem 51. q. dubium occurrit, Quomodo eſſe bene conſiliatiuum, bene iudicatiuum, & bene præceptiuum, abinuicem ſeparantur, & tamen omnes virtutes ſunt connexæ. Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ author non loquitur in verbis de virtutibus facientibus bene conſiliari, iudicare, & præcipere: ſed de naturalibus diſpoſitionibus, & exercitationibus præuijs ad virtutes, & ex diuerſitate horum, quā ex ſeparabilitate probat, diuerſitatem virtutum concludit, Naturales autem diſpoſitiones ſeparari patet ex eo, ꝙ inquiſitionis ex imaginatione, iudicij ex ſenſu cõmuni, pręcepti aũt ex naturali inclinatione ad aliquid, puta, caſtitatem, liberalitatem, bonitas cõſurgit: imaginatio. n. bona plurium eſt adinuentiua viarum. Senſus autem communis, iudicij circa ſingularia firmatiuus eſt, & hoc ut miniſtrant rationi. Inclinatio autem ad aliquid promptos nos reddit ad executionē, & præcipere facere, trahendo voluntatem ad conſona illi inclinationi. Exercitationes quoque videmus ſeparatas, dũ inuentiuos ad proponendum libenter audimus, iudicatiuos ad decernendum, Promptis ad aliqđ vtimur ad exequendum in illo genere, puta, liberalibus natis ad diſpenſandum communia, & natis caſtis ad conſeruandum cum mulieribus.

¶In eod. artic. in reſpon. ad primum, dubium occurrit, Quomodo verificatur, ꝙ prudentia bene conſiliatur imperatiue, cũ eubulia ſit prior natura ſaltem, quàm prudentia. Prius eſt enim recte cõſiliari, & deinde iudicare, & demum pręcipere. Quomodo ergo prudentia præcipit iam facto?

¶Ad hoc dicitur, ꝙ cùm prudentia ſe habeat ad eubuliam, & alias adiunctas virtutes, quemadmodum militaris ſe habet ad equeſtrem, & gladiatoriam, ut patet ex ordine finis iſtarum ſubſeruientium ad finem principantis, conſequens eſt, ut ſicut militaris imperat ſubſeruientibus ſibi artibus, ita prudentia præcipiat miniſtrantibus ſibi virtutibus. Recet autem hoc in exterioribus, in quibus præcipiens ſubiecto, diſtinguitur a conſiliantibus, Princeps namque, cuius eſt præcipere, imperat conſiliarijs; & ſimile accidit intus in anima.

¶Ad obiectionem autem in oppoſitum dicitur, ꝙ quia finis principalis eſt vltimum in executione, & primum in intentione: ideo virtus, uel ars, cuius eſt reſpicere illum finem principalem ut ꝓprium, imperat miniſtrantibus tali ordine, ꝙ primo eſt intentio illius finis: ſecundo executio miniſtrantium, & earum fines, & demum eſt executio principalis, vt patet in militari. Prius enim eſt executio equæſtris, & gladiatoriæ, & fręnefectiuæ, quàm executio militaris. Imperat tamen militaris his omnibus ex priore intentione finis. Et ſimile patet in principe, & conſiliarijs &c. Neq;. n. princeps primo præcipit agenda, & deinde cõſilium adhibet, ſed intendens pręcipere adhibet conſilium ad inuenienda, quæ ſunt præcipienda ad talē finem: oportet. n. conſilia congruere præcepto: alioquin quãuis alias optima, tunc vana, & nulla reputantur, ut patet in dantibus conſilia de illis medijs, quæ noſtro non ſubſunt pro tunc imperio. Sic ēt contingit in anima intendente finem aliquem, puta, caſtitatem, & volente præcipere ſibi media congrua, conſiliatur: & cùm contulerit quòd ieiunia, diſciplinæ, lectiones ſacræ, orationes mentales expediunt, in hoc bonum conſilium eſt, ſi media, quæ ſuo ſubſunt imperio, cõcludet. Contingit. n. infirmum eſſe corpore, ſic ut peccaret ieiunando, & huiuſmodi, Imperat ergo prudentia eubuliæ, vt architectonica miniſtrantibus.

¶ In articulum 3. eiuſdem quæſt. in reſponſione ad primum, nota duplex iudicium concurrere ante actum præcepti, ſcilicet, de fine particulari, & hoc fit in minori propoſitione: & de eo quod eſt ad finem, qđ præcipiendum eſt: & hoc fit in concluſione. Et licet vtrumque iudicium ſpectet ad ſyneſim, primi tamē bonitas virtuti morali tribuitur: ſecundi autem ſyneſi, quia illius eſt magis finis, iſtius autem eſt magis id quod eſt ad finem. Miniſtrat enim hæc prudentiæ, quæ eſt eorum quæ ſunt ad finem: illa autem intentionem finis rectam facit.

quæ ordinantur ad finē virtutis: licet forte in aliquib. particularibus negotijs nõ ſit bene cõſiliatiuus, puta, in mercationib. uel in reb. bellicis, uel in aliquo hmõi.

ARTICVLVS II.

Vtrum eubulia ſit uirtus diſtincta a prudentia.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̄, ꝙ eubulia non ſit virtus diſtincta a prudētia. Quia, ut Philo. dicit * in 6. Eth. vr̄ prudētis eē bene conſiliari: ſed hoc ꝑtinet ad eubuliam, vt dictũ * eſt. ergo eubulia nõ diſtinguitur a prudētia.

¶ 2 Præt. Humani actus, ad quos ordinātur humanę virtutes, pręcipue ſpecificantur ex fine, ut ſupra dictum * eſt: ſed ad ęundem finem ordinātur eubulia, & prudentia, ut dicitur 6. * Ethic. non aũt ad quendam particularem finem, ſed ad communem finem totius vitæ. ergo eubulia non eſt virtus diſtincta a prudentia.

¶ 3 Præt. In ſcientijs ſpeculatiuis ad eandē ſcientiā pertinet inquirere, & determinare. ergo pari rōne in operatiuis hoc ꝑtinet ad eādem virtutē: ſed inquirere pertinet ad eubuliam, determinare autem ad prudētiam. ergo eubulia non eſt alia virtus a prudentia.

SED CONTRA eſt, quod prudentia eſt pręceptiua, vt dicitur * in 6. Ethic. hoc autem non conuenit eubuliæ. ergo eubulia eſt alia virtus a prudentia.

RESPON. Dicēdum, ꝙ ſicut dictum * eſt ſupra, virtus proprie ordinatur ad actum, quem reddit bonum: & ideo oportet ſm differentiam actuum eſſe diuerſas virtutes, & maxime qñ non eſt eadem ratio bonitatis in actibus. Si. n. eſſet eadem ratio bonitatis in eis, tunc ad eandem virtutem pertinerent diuerſi actus: ſicut ex eodem dependet bonitas amoris, deſiderij, & gaudij: & iō oīa iſta pertinent ad eandem virtutem charitatis. Actus aũt rōnis ordinati ad opus ſunt diuerſi, nec habent eandem rōnem bonitatis. Ex alio. n. efficitur homo bene conſiliatiuus, & bene iudicatiuus, & bene præceptiuus: qđ

patet ex hoc, ꝙ iſta aliquando abinuicem ſeparantur. Et ideo oportet aliam eſſe virtutem eubuliam, per quam homo eſt bene conſiliatiuus, & aliam prudentiam, per quā homo eſt bene pręceptiuus. Et ſicut conſiliari ordinatur ad præcipere tanquam ad principalius: ita ēt eubulia ordinatur ad prudentiam, tanquam ad principaliorem virtutem, ſine qua nec virtus eſſet, ſicut nec morales virtutes ſine prudentia, nec cæteræ virtutes ſine charitate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad prudētiam pertinet bene conſiliari imperatiue, ad eubuliam autem elicitiue.

AD SECVNDVM dicēdum, ꝙ ad vnum finem vltimum, qđ eſt bene viuere totum, ordinātur diuerſi actus ſm quendam gradum. Nā præcedit conſilium, ſequitur iudicium, & vltimum eſt præceptum, qđ immediate ſe hēt ad finem vltimum. Alij aũt duo actus remote ſe habent, qui tñ habent quoſdam proximos fines, conſilium quidem intentionem eorum, quæ ſunt agenda; iudiciũ aũt certitudinem. Vnde ex hoc non ſequitur, ꝙ eubulia, & prudentia non ſint diuerſæ virtutes, ſed quòd eubulia ordinetur ad prudentiam, ſicut uirtus ſecundaria ad principalem.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ ēt in ſpeculatiuis alia rationalis ſcientia eſt dialectica, quæ ordinatur ad inquiſitionem inuentiuā: & alia ſcientia demōſtratiua, quę eſt ueritatis determinatiua.

ARTICVLVS III.

Vrum ſyneſis ſit uirtus.

AD TERTIVM ſic proceditur. Vr̄, ꝙ ſyneſis nō ſit virtus. Virtutes. n. non inſunt nobis a natura, ut dicitur in 2. * Ethic. ſed ſyneſis ineſt aliquibus a natura, ut dicit Philoſ. in 6. † Ethic. ergo ſyneſis non eſt virtus.

¶ 2 Præt. Syneſis, vt in eod. lib. * dicitur, eſt ſolum iudicatiua: ſed iudicium ſolum ſine præcepto pōt eſſe etiam in malis. cùm ergo uirtus ſit ſolum in bonis, uidetur quòd ſyneſis non ſit virtus.

1.2.q.57.ar. 6. Et 3. diſt. 33..q.3.ar.1. q. 2. Et 6. Ethi. lect.9.
* Lib. 2.c.1. tom. 5.
Lib. 6. c.11. a medio.
* Lib.6.c.10. tom.5.

¶ *Super Queſtionis quinquageſimæprimæ Articulum quartum.*

IN articulo 4. dubiũ occurrit, quópacto gnome eſt virtus. Et eſt ratio dubii, quia ſi eſt virtus aut naturalis, aut acquiſita: ſed naturalis non eſt, quia præter ſynderesím, quæ habitus principiorum eſt, nulla virtus ponitur naturalis in intellectu practico, ſicut nec in ſpeculatiuo, niſi habitus principiorũ. Nec acquiſita, quia acquiruntur virtutes ĩtellectus experimentis, quæ ex memoriis cõſurgunt, vt patet in prologo Metaphy. Hæc auté præter cõmunes regulas iudicanda ſunt raro contingentia, ac per hoc ab vno, & eodem homine parum, aut nihil experimento probabilia: & ſic virtus hæc nunquã habebitur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd virtutes ſunt ĩ duplici differentia. Nam quædam ſunt, quarùm materię in communi vita frequenter occurrunt, vt virtutes, quæ cardinales vocantur, ut patet diſcurrenti per earum materias, ſcilicet, commutationes, deſtributiones, appetitus, ac delectationes ciborum, & venereorum, timoreſq; periculorum: Quædam vero ſunt, quarũ materiæ non communiter, aut frequenter accidunt, vt patet de magnificentia, & magnanimitate. Non enim magnæ diuitiæ, aut magni honores crebro occurrunt. Et quia exercitationes earum non ſunt ſimiles, ideo etiam connexio ipſarum cum aliis non intelligitur ſimili modo, ſicut de primis. Nam cum virtutes omnes connexæ ſint, primas tantum connexio ponit in actu ſimpliciter: ſecundas antem in actu ſecundum quid, ideſt, in potentia propinqua actui ſimpliciter. Pauper enim virtuoſus non eſt magnificus ſimpliciter, ſed in potentia proprinpinqu a, præpara-

¶ 3 Præt. Nunquã eſt defectus in præcipiẽdo, niſi ſit aliquis defect᷒ in iudicando, ſaltẽ in particulari operabili, in quo omnis malus errat. ſi ergo ſyneſis ponitur virtus ad bene iudicãdũ, videtur ꝙ non ſit neceſſaria alia virtus ad bene præcipiendum: & ideo prudẽtia erit ſuperflua, qđ eſt incõueniẽs. non ergo ſyneſis eſt virtus.

Sed contra. Iudiciũ eſt perfectius, quàm cõſilium: ſed eubulia, quæ eſt bene cõſiliatiua, eſt virtus. ergo multò magis ſyneſis, quæ eſt bene iudicatiua, eſt virtus.

Respon. Dicendum, ꝙ ſyneſis importat iudicium rectũ, non quidẽ circa ſpeculabilia, ſed circa particularia operabilia, circa quæ etiã eſt prudentia. Vnde ſecundũ ſyneſim dicuntur aliqui in gręco ſyneci, i. ſenſati, vel euſyneci, ideſt homines boni ſenſus. Sicut econtrario, qui carent hac uirtute, dicũtur aſyneci, ideſt ĩſenſati. Oportet aũt quod ſecundum differentiã actuum, qui nõ reducũtur in eãdem cauſam, ſit etiã diuerſitas virtutum. Manifeſtum aũt, quòd bonitas conſilij, & bonitas iudicij, non reducuntur in eandẽ cauſam. Multi enim ſunt bene cõſiliatiui, qui tamen nõ ſunt bene ſenſati, quaſi recte iudicantes. Sicut etiam in ſpeculatiuis aliqui ſunt bene inquirentes propter hoc, ꝙ ratio eorum prõpta eſt ad diſcurrendum per diuerſa: quod videtur ꝓuenire ex diſpoſitione imaginatiuę virtutis, quæ de facili poteſt formare diuerſa phantaſmata: Et tñ huiuſmodi quandoque nõ ſunt boni iudicij, quod eſt ꝑꝑ defectum intellectus, qui maxime cõtingit ex mala diſpoſitione cõmunis ſenſus non bene iudicãtis. Et ideo oportet præter ebuliã eſſe aliã virtutem, quæ eſt bene iudicatiua, & hæc dicitur ſyneſis.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ rectum iudicium in hoc cõſiſtit, quòd vis cognoſcitiua apprehẽdit rẽ aliquã, ſ͞m quod in ſe eſt. Quod quidẽ prouenit ex recta diſpoſitione virtutis apprehẽſiue: ſicut in ſpeculo ſi fuerit bene diſpoſitũ, imprimuntur formæ corporum ſ͞m quòd ſunt. Si vero fuerit ſpeculũ male diſpoſitũ, apparent ibi imagines diſtortę, & praue ſe habẽtes. Quòd autẽ virtus cognoſciua ſit bene diſpoſita ad recipiẽdũ res, ſecundũ quod ſunt, cõtingit quidẽ radicaliter ex natura, cõſumatiue autẽ ex exercitio, vel ex munere gratiæ, & hoc dupliciter. Vno mõ directe ex parte ipſius cognoſcitiuæ virtutis, puta, quia nõ eſt imbuta prauis cõceptionibus, ſed veris, & rectis: & hoc ꝑtinet ad ſyneſim, ſ͞m qđ eſt specialis virtus. Alio mõ ĩdirecte ex bona diſpoſitione appetitiuæ virtutis, ex qua ſequit, quòd hõ bene iudicet de appetibilibus: & ſic bonũ virtutis iudiciũ cõſequitur habitus virtutum moraliũ, ſed circa fines: ſyneſis autem eſt magis circa ea, quæ ſunt ad finem.

Ad secvndvm dicendum, quòd in malis quidem poteſt iucium rectum eſſe in vniuerſali: ſed in particulari agibili, ſemper eorum iudicium corrumpitur, ut ſupra habitum * eſt.

Ad tertivm dicendũ, quòd contingit quandoque id, quod bene iudicatũ eſt, differri, vel negligenter agi, aut inordinate. Et ideo poſt virtutem, quæ eſt bene iudicatiua, neceſſaria eſt finalis virtus principalis, quæ eſt bene præceptiua, ſcilicet, prudentia.

Articvlvs IIII.

Vtrum gnome ſit ſpecialis virtus.

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur, quòd gnome nõ ſit ſpecialis virtus a ſyneſi diſtincta. Quia ſecundũ ſyneſim dr̃ aliquis bene iudicatiuus: ſed nullus põt dici bene iudicatiuus, niſi in omnibus bene iudicet. ergo ſyneſis ſe extendit ad oĩa diiudicãda. nõ eſt ergo aliqua alia uirtus bene iudicatiua, quæ gnome dicatur.

¶ 2 Pręt. Iudiciũ mediũ eſt inter cõſilium, & præceptũ: ſed una tãtum uirtus eſt bene cõſiliatiua, ſ. eubulia: & una tantũ uirtus ẽ bene præceptiua, ſcilicet prudentia. ergo etiam una tantum eſt uirtus bene iudicatiua, ſcilicet, ſyneſis.

¶ 3 Præt. Ea quæ raro accidunt, in quibus oportet aliquãdo a cõib᷒ legibus diſcedere, uidentur præcipue caſualia eſſe, quorum nõ eſt ratio, ut dr̃ ĩ 2. * Phyſ. Omnes aũt uirtutes intellectuales pertinẽt ad rõnem rectam. ergo circa ꝑdicta nõ eſt aliqua uirtus intellectualis.

Sed contra eſt, quod Philo. determinat in 6. * Ethic. gnomen eſſe ſpecialem uirtutem.

Respon. Dicẽdũ, quòd habitus cognoſcitiui diſtinguuntur ſecundũ altiora, uel inferiora principia, ſicut ſapientia in ſpeculatiuis altiora principia conſiderat, quàm ſcientia, & ideo ab ea diſtinguuntur: & ita etiam oportet eſſe in actiuis. Manifeſtũ eſt aũt, quòd illa, quæ ſunt prĕter ordinẽ inferioris principij, ſiue cauſæ, reducuntur quãdoq; in ordinẽ altioris principij: ſicut monſtruoſi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN